



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 3. An Ioannes ista austeritate peccarit, & an fuerit hæreticus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Ioannes
communi
cibo non
v-
sus est.

manducans, neque bibens, & dicunt Demonium habet. Hoc est, non vitur vitato alijs cibo, solo melle & locustis, quæ licet cibi sint humani; non tamen ista sola vllus vnquam vsurpat. Si speciem pro genere posuit, quomodo improbi calumniabantur; Ioannem ope demonis, non autem humanis viribus posse tantam inopiam tolerare. Deinde elidit illam expositionem comparatio quam adducit Saluator, cum sibi illum confert. Venit filius hominis manducans & bibens: Temperatissime, & sobriissime Christus vixit; nunquam ne latum vnguem quidem, vel lautitia ciborum, vel auiditate, vel copia vllam in partem à perfectissima temperantia norma recessit. Temperantia & sobrietas Ioannem superavit, Ioannes cum appetentia ciborum, alijsque vitiorum fomitibus, & affectibus depugnauit, in Christo omnia perfectissima fuere. Si Ioannis ieiunium in parabili victu consistit, si in eo, laudatur quod vina peregrina & importatas lautitias non sequeretur, vt illis temperatissime vteretur, quæ domi nascebantur, ideoque dicitur, neque manducans, neque bibens. An ergo filius hominis manducans & bibens ideo dicitur, qui vina peregrina & lautitias importatas quærebat, nec illis temperatissime vtebatur? Absit ista de Ioanne, vel Christo sentire. Ioannes magno, imo miraculoso exemplo penitentia præiuit, Christus communi more victitauit, tantam Ioannis parsimoniam approbauit Christus, Dominum alio modo viuentem Ioannes odorauit.

Ioannis
temperantia
non in solis
fugiendis
delicijs fuit

QVÆSTIO III.

An Ioannes ista austeritate peccarit, & an fuerit
hereticus?

§. 1. HORROREM mouet illa quæstio; quomodo enim ille Angelus Dei, Propheta altissimi, alter Elias, quo nemo maior inter natos hominum fuit, tam grauiter præfente Domino deliquit? Hoc tamen nuper inter Iubilorum infanias defendere ausus est Wolffgangus Frantzius Academia Wittenbergenfis professor, qui vt thesaurum Ecclesiæ tolleretur, Baptistam graui censura incescit.

„ Ita thesi 191. insanit. [Porro opera supererogationis augere cupit Ioannis Baptista, 1. asperitima vita, de qua inter alia dicitur nos in scripturis ostendere nō posse, vbi Deus istam asperitatem imperauerit. 2. ex eiusdem respicientia & vitæ nouitate, qua ipse, qui nunquam à Deo alienus fuit, nunquam indignus erit.

„ 192. Quod attinet ad historiam de asperitate vitæ Ioannis Baptiste, ibi non est quæstio de facto, hoc enim concedimus, quia à sacris literis commemoratur, sed de iure, vtrum recte talem asperitatem æmulatus fuerit Ioannes.

„ 193. Non recte fecisse Ioannem, inde patet. 1. quia „ lex Moſis Ceremonialis tum nondum erat abrogata. „ Et lex illa plures admitteret cibos, quam quos solos „ Ioannes comedeat. Vnde Christus discipulos ad luc. „ daos emittens dicit eis, Luc. 10. 7. Quicquid vobis „ apponitur, edite, nimirum non prohibitum lege Moſis. 2. Quia illam rigiditatem Essæam & Pharisaicam, pariter Christus ipse carpit Matth. 9. 16. 17. Marc. 2. 21. 22. Luc. 5. 36. 37. 38. 39. Vbi doctrinam Pharisæicam, & Ioannis quoque de nimis ieiunijs vocat vestimentum vetus vtres veteres. Legatur præ reliquis in hanc sententiam ista rectissime explicans Iacobus Faber Stapulensis in commentarijs initiatorijs super 4. Evangelia.

Frantz-
ius accu-
sat, de-
senſore
Christo.

194. Et istam prauam consuetudinem contrariam legi Dei, & Christo tum improbatam, contraxerat Ioannes Baptista inter Essæos, siquidem tales fuisse mores Essæorum ex historicis liquet, nimirum gaudebant esse remoti à frequentia, seclusum & solitudinis cultores, habere victum herbarum, & fructus arborum, fugere cibos animales, sicut antea fecerunt Pythagorici.

Audiuius tenebrionem contra Ioannem, qui erat teste Domino, lucerna lucens, & ardens, disputantem. Rationes eius perpendamus.

§. 2. Historiam igitur veram esse concedit, & suis collegis contradicit, qui austeritatem Ioannis suis moribus emollire sunt conati. Ille tamen istis nequior est; nam illi commodè, vrbane nequius vultum, & victitasse tradunt; hic vero flagitiose austeritatem esse sectatum asserit, & hæreseos accusat.

Quid igitur peccauit? Non recte fecisse probat, quia lex Moſis plures cibos admitteret, quam quos solos Ioannes comedeat. Linguam ille non mentem habet, qui sacrificiatur. Lex plures cibos permittebat, peccauit igitur, qui plures non comedit. Nullumne inter imperium legis, & permissionem est discrimen? An lex Christiana, quæ permittit omnia, quæ in macello veneunt, & alia quorum precia maiora sunt, turdos, coturnices, perdes, ficedulas, atragenas, phasianos, etiam hisce vesci imperat? At sane hæc nominandi, quam edundi plerisque maior est copia. Nulla ne virtus est placitis abstiniisse bonis? nonne in regio mensarum apparatu rectius faciunt, qui vno alteroue ferculo famem pellunt? An Franzius locustas edere iubetur, quia non prohibetur?

Bullingerus, vinis peregrinis & importatis lautitias abstiniuisse affirmat. At peregrina vina, & importatas lautitias, si cum sobrietate & gratiarum actione vtaris, non vetat lex Moſis; an ergo peccauit istis non vtendo?

At Christus discipulis suis plura permittit Luc. 10. Quidquid vobis apponitur, edite. Esto sanè, illi hac potestate vsi sunt, Ioannes arctiorem sibi abstinentia legem indixit, non ideo peccauit Ioannes iuri tuo renunciando, quia discipuli bene fecerunt vtendo: Licuit Apostolo Paulo de Euangelio viuere, quem admodum & ceteris Apostolis, sed maluit sine sumptu ponere Euangelium. De altari viuere poterat, nec illi trituranos obturandum erat magis, quam fratribus Domini, & Cepha, mori tamen mauult, quam euacuare gloriam suam. Quod vero ait, Ioannis ieiunium à Christo reprehentum, calumnia est. Matth. 9. 16. & 17. Marc. 2. 21. 22. Luc. 5. 36. 37. 38. non carpit Christus. Non enim Ioannis nimia dicitur ieiunia, nec vocat vtres veteres, aut vestimentum vetus. Sed discipulos suos tirones, infirmos, nondum ad noua, & grauius toleranda duratos. Ex- cusat igitur suos, non accusat Ioannem. Quod ex hendi- hoc loco constat: nam dicit, non esse conueniens, vt filij nuptiarum, aut thalami, quamdiu est cum ipsis sponsus, ieiunent, fore, vt postea ieiunent, quod eos præstitisse eorum historia, & Epistolæ docent. Quod si vtres veteres, & vestimentum vetus vocantur ieiunia Ioannis, quid ergo est vter nouus, & vestimentum nouum? Deinde si vitiosum fuit Ioannis ieiunium, fuit idolotheotice, ab ipso male electum, non igitur verus Doctor Ioannes fuit, præsertim hereticis, qui idolotheotice idololatriæ comparant. Tertio, ieiunium Ioannis Christus ipse laudauit, enim enim Matthæi 11. à v. 7. vsque ad 18. Ioannem laudasset subiungit: Venit Ioannes neque bibens, neque manducans, & dicunt, demonium habet: ideo similem ait generationem illam pueris dicentibus, cecimus vobis & non saluastis, la-

Lex noui
cogit nos
vesci cibis,
quos per-
mittit.

Qui con-
cessit absti-
nentiam
net, super-
erogatur.

Christus
Ioannis
ieiunium
non repre-
hendit.

Consequen-
ter Ioan-
nes non
peccauit.

